us corporis easque extendit, ideoque extremi-s et quoque facies, ubi cutis tenuior est, sub-ruleum colorem accipiunt. — Sanguinis circu-o partim impeditur vel potius omnino pertur-ur, ex quo plerique medici spasmos (quod m magis quam verosimile est) respirationem pressam, pectori anxietatem, gravedinem in de et cordis scrobiculo oriri explicant. Tenues riae nullum sanguinem ad peripheriam addu-t, quam ob rem cutis functiones sunt sup-ssae, quae autem verosimiliter ad canalem ali-ntarium transferuntur, indeque illa permaxima dorum copia aquosorum verosimiliter oritur, ie partim vomitionibus partim alvo secernitur. Jähnichen (l. c.) credit, choleram in singu- directa sanguinis analysi, in sejunctione flui-um partium a solidis positam esse, et illas par- fluidas semper transsudationem per superficiem stinalem petere. — — Ille viscidus et frigidus or, quo corpus in posteris morbi vehementibus ctibus obtegitur, fortasse naturae opera ad arbonisationem sanguinis in venis haerentis con-eranda est.

Haec sanguinis qualitas est res maximi mo-nti in consideranda cholerae natura. Attamen raque symptomata e sanguini mutato explicata aliis medicis iterum simili modo a nervorum derivantur, dicentibus, morbosos et incitatos vos vim perversam habere in vasa sanguifera, gninis congestioni favere et sanguinem in par- interniores pellere, inde mutatam cordis pul-

sationem arteriarumque, anxietatem, inquietudinem cutis colorem pallidum et frigus, vertiginem, dysacoiam, capitis obnubilationem et capitis alias affectiones oriri. Tali ratione alia adhuc symptomata nervorum perversa vi explicantur.

Utrum igitur spasmi conjestionem sanguinis, an sanguinis congestio spasmos efficiant, major et propia experientia certius judicare potest. Hoc mihi persuasum est, choleram in perversa et valde morbosa functione systematis sanguiferi et nervosi positam esse.

Restat nunc adhuc nonnulla de bilis secretione disserere. Priori tempore natura cholerae posita est non solum in aucta bilis secretione, sed etiam et plerumque in morbosa bilis secretione. Haec sententia ab omnibus fere antiquissimi temporis medicis usque ad Saunderum recte judicatur.

Crediderunt enim, bilem in vesica fellea se colligere ibique haerere, simulque eam vel aestus calore acrem fieri vel miasmate epidemico, neque minus existimaverunt, talem acrem bilem, si subito in canalem alimentarium infunditur, ventriculum et omnino canalem alimentarium ad vehementes secretiones incitare. — Hippocrates (popul. v. 27) narrat »Bianti pugili, quum natura vorax esset, contigit ut in affectiones cholericas, bilis sursum ac deorsum exeuntes delaberetur« etc. — J. Lommius dicit »bilis supra infraque magno impetu prorumpit, primum liquidior, pallida et subflava, dein crassior majorem colorem exhibens flavum scilicet prasinum coerulenm aut etiam nigrum. —

Nunc autem jam plures medici et nominatim
tis, Chisholm praecipue autem Johnson
ntiam contrariam in hac cholera epidemica, et
em de impedita non suppressa bilis secretione
argumentis defenderunt. Nonnulli medici
ditam bilis secretionem propterea oriri putant,
refrigerium cutis transpirationem supprimit;
iam autem cutis functiones cum iis hepatis et
bilis secretione cohaererent, ea de causa quo-
bilis secretio impediretur, ita ut ea iterum
ens bonum signum inter morbum haberetur.
tis inter alia dicit, aegrotum, si bilis in alvi
tionibus apparuit, in meliorem conditionem
se et morbum faustum eventum habuisse. —
nedici naturam cholerae epidemicae in spastiea
um choledochorum constrictione ponunt, qua
n duodenum infundi impeditur, et confirmant
sententiam eo, quod durante morbo secretio
absit, dum post mortem vesica fellem cum
ompleta invenitur.

Bilem in cholera hac epidemica non, ut fieri
secerni minime negari potest et jam e pleris-
t apud viventes et in cadaveribus institutis
ationibus facile est intellectu; attamen vero
io bilis mutata non tanti momenti est ut prae-
in hac re cholerae natura ponatur.

Quod denique ad explicandam naturam chole-
ntentias de inflammationis varietate, de irri-
inflammata (irritation phlogistique. Gravier,
ssais), de nervositate (Tilesius), de in-
tione spuria et occulta attinet, nihil aliud

nisi incertum et indefinitum de hac re mihi oste dunt. In arte medica nihil spurium, nihil occu tum esse licet; melius est dicere »nescio«; tun enim idem et alii cum majori studio ad incognitur detegendum contendent et levi judicio non eru contenti. —

DE CAUSIS OCCASIONALIBUS E PRAEDISPONENTIBUS.

Hippocrates jam dicit, morbos, si ann tempora insolito modo praetereunt, etiam irre lares et insolitos esse. — Sine ullo dubio conc dendum est, varietates et mutationes aëris et om nino anni tempora permulta ad morbos varios, qu bus homines sunt subjecti, conferre.

Huic sententiae in cholera judicanda omn medici consentiunt. In quanam re autem haec v rietas et mutatio anni temporum constat, nond plane est apertum. Multi medici, exempli cau Hunter, Macartney, Abernethey, Newto Davy, Ritter Johnson, Annesley, credu choleram in mutata electricitate, quae ex eoru sententia cum humanae vitae functionibus mag pere complicita sit et cohaereat, esse positam. Al medici in tenuibus invisibilibus aeris principiis, ali in quibusdam soli exhalationibus morbificis, alii aeris humiditate (Pringle) cholerae origine quaerunt. Schnurrer (l. c.) credit, choler positam esse in variis rationibus telluricis, et pr

e quidem in terrae motibus et concussionibus
anicis, quamquam experientia contradicit et do-
nec ante nec post haec phaenomena choleram
per adfuisse. Cleghorn, Sydenham, Cul-
existimant, choleram praecipue ex atmosphaera
e calida oriri.

Omnes vero hac causae partim hypotheticae,
im quidem verosimiles nec autem constantes
considerandae. Temporibus omnibus choleram
are posse, experientia jam docuit. Morbus hic
r epidemicus ex mea quidem sententia ab in-
ita aeris et temporum anni mutatione pendere
tur. —

Plerique medici (Hippocrates, Ammia-
Marcellinus Bacon, Short, Rutty,
ham, Jameson, Annesley, Good,
per) consentiunt a calore perdurante, quem
frigus moderatius sequitur, causam occasiona-
cholerae proficisci. Haec enim celer tempera-
e mutatio facillime refrigerium efficit. Homines
mque vespertino et nocturno tempore refrige-
xpositi sunt; quam ob rem multi hoc tempore
o hoc morbo corripiuntur. Huc igitur pertinet
anea refrigeratio aëris vehemente et largi im-
ventus frigidi, sicci post calidam humidam
conditionem. E sententia nonnullorum medi-
m quaeque cholera epidemica anni tempore
o incepit, quo refrigerium faciliter accidere
st, et tunc per brevius aut longius tempus cho-
duravit.

Aliae porro causae, quae cholerae favent sunt: Potus frigidi calente corpore; nimius usus frigidorum, vel magnopere pinguium, corruptorum vel non recentum ciborum; nimius usus potuum spirituosorum, novi vini; porro piscium ova (praecipue Cyprini barbi L. Lucius barba) deinde corrupta caro, poma multa acidula, cucumis melo, cucumis, praecipue quum post horum fructuum usum multum bibitur; denique si ventriculus cibis obruitur.

Praecipue autem ad choleram disponuntur, qui per longum tempus in solis ardore laboraverunt et mox ineuntibus frigidis nebulis vel frigidis noctibus refrigerium acceperunt; commoratio continua in frigido et humido aere; accubatio corpore sudante in solo humido; domicilia humida et profunda, paludes; aquae putrescentes; interrupta et impedita sanguinis circulatio; magis venosus et carboneo hydrogenio aliisque acribus materiis nimie auctus sanguis abdominis; suppressa vel retrograda cutis transpiratio; refrigerium pedum; pediluvia pedum incauta; arthritis retrograda; suppressae haemorrhoides, lochiae et menstruatio; loci, in quibus febres intermittentes et remittentes regnare solent, cholerae favere videntur (Annesley); omnia, quae corpus directe vel indirecte debilitant, quam ob rem fames, omnis nimia virium contentio, magnae et periculosae cupiditates et vehementes animi affectiones, ira, molestiae, terror etc. praecipue autem morbi timor et anxietas; doses magnae medicamentorum, quae vomitum, diarrhoeam et spasmos in ventriculo et omnino in canali alimentario incitare possunt.

SMPYTOMATA.

Cholerae symptomata et qualitative et quanti-
iive varia apparent, quod et a majore aut mi-
re dispositione, et a bona vel mala, forti aut
bili corporis constitutione pendet; quod cholera
greditur.

Plerique medici hucusque omnia morbi symp-
mata e decursu nominaverunt, attamen nulla
dia eorum distulerunt. Ii, qui primi stadia ac-
erunt, praecipue Adam, Annesley, Col-
dge, Lindgroen, Hasper et nonulli me-
i Russici sunt. Sed non solum horum stadio-
n nominatio, sed etiam constituendi eorum fines,
m omnia symptomata singulorum stadiorum non
gnam disjunctionem ostendunt, difficultates prae-
nt, neque tempus est accurate definiendum, quo
m stadium in alterum transeat.

I. Stadium prodromorum seu invasionis.

Facies instantem morbum praecipue indicat et
dem anxietate quadam, magna et singulari in-
etudine, tristitia, dum aegrotus interrogatus nul-
dolores et omnino nihil accusat, imo etiam in
conditione dicit, se bene agere. Ea de causa
ximi momenti est, ne medicus aegrotum initio
rbi examinans fallatur. — Pulsus quidem ac-
plenus et durus, plerumque autem acceleratus
suppressus, ceterum non ejusmodi ut medicorum
mum attentum faciat. Mox autem ab aegroto
titur: nausea, quaedam capitis gravitas et ob-

nubilatio, magna debilitas et lassitudo, plenitudo quaedam ventriculi, molestiae in ventriculo et tractu intestinali; leves in musculis extremitatum praetereuntes dolores (Burell); agrypnia; paulum frigore tactum horrere; nulli abdominis dolores etiamsi abdomen prematur. Excrementorum qualitas hoc tempore pendet a conditione digestionis, plerumque autem hae sunt consistentiae minoris. Urinae secretio est parca et rara. Abdomen intensum.

Haec omnia symptomata non ordinem sequuntur, sed unum alterum aut antecedit aut sequitur; interdum plura eodem tempore apparent. Pleraque horum symptomatum sunt parvi momenti et leviter praetereunt, imo etiam interdum evanescunt, ita ut aegrotus in bona conditione se existimet. Quam ob rem haec symptomata saepe non intente observantur, saepius autem aegrotorum culpa non videntur.

Quam diu hoc stadium duret, non certe constitui potest, et ab aegroti dispositione et intensitate contagii pendet.

II. Stadium eruptionis et incrementi.

Dolor characteristicus ardens inter scrobiculum cordis et umbilicum. Vomitus primo ciborum, mox autem tenuis aquosi, aquae oryzae similis liquoris, in quo flocci mucosi et materiae albuminosae natant. Alvi dejectiones et quidem primo faecium restantium, deinde liquorum muscosorum, qui ple-

ique magna cum vi sed sine dolore dejiciuntur. secretiones primum, ut jam dictum, sine dobus apparent, sensim sensimque autem cum veientibus torminibus et tenesmo conjunguntur. rotus post has primas secretiones in meliori ditione se credit, sed paulo post vel nonnullis terlapsis sexagesimis horae partibus valde frentes et dolorosae alvi secretiones sequuntur. poris vires labuntur; extremitates frigescunt, a ido frigidoque sudore interdum teguntur, sunt ris subcoerulei et corrugantur; facies decomta et collapsa; adspectus perturbatus; oculi liti, cum subcoeruleo annulo circumdati, lanli. — Abdominis dolores ostendunt typum ndam periodicum et magna cum vehementia nonnullarum horae sexagesimarum partium valla redeunt et aegrotum cogunt, ut alvum nat. Quae autem excretiones alvinae hos dom impetus vehementes aliquantulum minuunt. dejectiones nunc semper frequentius et ubeobservantur, et valde notatu est dignum, in maxima copia liquores alvini excernantur. itus magnopere frequens. Potus etiam in a copia sumti, statim iterum evomuntur. Quum otus se movet, tunc statim dolores abdominis unt et cum his etiam secretiones alvinae. Mafrigus occupat extremitates praecipue brachia, us, carpum et genu. Sitis continua, maxima tolerabilis, simulque autem lingua est humida, da et muco albo obtecta. Dolores abdominis ie frequentiores et fortiores, praecipue auctus

dolor ardens in regione epigastrica, quae calida est tangenda. Spasmi magis tonici quam clonici, in universum vero maxime varii primum extremitates omnes corripiunt, magis magisque augentur. Extremitatibus invasis proxime corripiuntur abdominis, tunc pectoris et diaphragmatis musculi; faciei autem, dorsi et regionis lumbalis musculi nunquam vel rarissime in hoc morbo a spasmis invaduntur. Cum his spasmis aurium susurrus, interdum surditas, quaedam vertigo, majores molestiae in regione epigastrica et praecordiis conjunguntur. Universus virium collapsus, respiratio difficilis, interrupta et omnino irregularis. Pupillae dilatatae. Pulsus adhuc debilior et levior ac antea, ita ut paene in carpo tangi possit. Spastici impetus in extremitatibus multo fortiores et frequentiores.

Hoc stadio durante secretio urinae est parca et quidem sine colore et cum molestiis fit, plerumque autem esse solet suppressa urinae secretio. Secretio bilis non observatur. Numquam enim in hoc stadio vestigium bilis ullum in secretis animadvertitur et non prius apparet nisi morbi vehementia minuitur et bilis iterum in duodenum influere potest. Secretio omnium glandularum est impedita. — Sanguis est niger, crassus, viscidus oleosus, interdum non e vena fluere vult; sanguis arteriosus formam sanguinis venosae plerumque habet.

III. Stadium exitus.

a) Malus exitus.

Dolores abdominis summum vehementiae gra- n assequuntur simulque frequentiores et magis tinui sunt. Respiratio aut valde lenta et op- ssa aut accelerata et impedita; pulsus in carpo tangitur; spiritus frigidus; os et lingua magis escunt; oculi rigentes; cornea languidum ad- ctum praebet et collabitur; corporis cutis magis rugatur, praecipue in extremitatibus, quasi per gum tempus hae in aqua calida fuissent. Fri- totum corpus occupat. Sudor viscidus, frigi- in toto corpore prorumpit. Vox debilis, ca, et singulariter mutata, inde illud characte- icum nomen »vox cholerica«. Permagna in- tudo et anxietas, lipothymia. Facies hippocra- . Mors.

Vomitus et alvi secretiones brevi tempore ante tem desinunt, interdum autem fieri solet, li- rem ichorosum ex ore et ano fluere, usque rotus moritur.

Conscientia et omnes fere animi vires usque mortem manent.

In pessimo cholerae statu spasmi repente ces- , ita ut aegroti vigintas sexagesimas horae tes, aut dimidiam horae partem usque ad duas as lethargici fiant et moriantur. In hac condi- e aegrotus nihil accusat, nihil postulat nisi um et quietem. Nec vomitus, nec alvi dejec-

tiones, nec inquietudo, nec sitis adsunt. Vire autem animi turbatae sunt.

b) Bonus exitus.

Quum morbum ad bonum finem se vertit tunc excretiones alvinae et vomitus minuuntur. Bilis secretionis vestigia iterum apparent, quod semper hoc tempore faustum signum est habendum Inclinatio ad urinam mittendam iterum rediit, au urina mittitur. Pulsus, quamquam adhuc debili et levis, magis magisque plenior, durior et regularior sentitur. Calor cutis rediit et augetur. Sitis vehemens et ille dolor ardens in regione epigastrica minuitur. Excretiones sursum et deorsum et spasmi non solum mitiores sunt et rarius apparent, sed etiam sensim sensimque desistunt. Facies adspectum meliorem praebet. Cutis iterum calidior. Respiratio liberior et spiritus non amplius frigidus sed regularis. Oculi vegeti et clar Labia et os iterum rubescunt. Anxietas et inquietudo amittitur et aegrotus ad convalescentiam progreditur.

c) Morbi posthumi.

Non semper cholera cum fausto exitu direct in sanitatem transit, sed plerumque per longiu tempus magna debilitas praecipue in toto digestionis apparatu remanet. Interdum etiam debilita unius vel alterius extremitatum per plures di post convalescentiam durans animadvertitur. I casibus singulis sed raris morbus etiam amentia

quit, quod eo magis est admirandum, quoniam ante morbo stupor nec autem inconscientia observatur (Blumenthal l. c.).

Frequenter apparet transitus proprius in mor- inflammatorios, quorum autem decursus saepe onicus observatur. Non raro enim choleram uuntur febres cum affectionibus inflammatoriis ebri cutium, ventriculi, intestinorum et hepatis. erdum febris nervosa stupida cum cholera con- gitur et plerumque, si aegrotus in primis die- non interficitur, in febrem nervosam lentam nsit, quae in celeri aptorum medicamentorum sanatur, frequenter autem metastasibus et qui- n parotidum tumoribus, finitur. — Saepe cho- a in formam febris remittentis aut intermitten- transit (Jameson, Subow Carpinski, sslow, in l. c. Lichtenstädt). In nonnul- casibus observatum est, aegrotos, qui a cholera valuisse viderentur, a febre correptos esse, cu- character magnopere putridus fuit. Interdum tur etiam e morbis posthumis hydrops, amblyo- et surditas. — Nonnumquam cholera unum vel erum ei propriorum symptomatum, exempli isa vomitus post quemque ciborum potusque um, perseverantes diarrhoeas, urinae retentio- n reliquit. Sed hi casus hoc tempore vitam o minantur.

Symptomata diagnostica.

Sanguis venosus est niger, crassus, viscidus, n oxygenatus sed magis carbonisatus, inde in

organis interioribus colligitur et organorum functiones corrumpit. Aucta secretio ventriculi et canalis alimentarii sursum deorsumque. Impedita bilis secretio. Suppressa urinae secretio. Dolor ardens characteristicus in regione epigastrica et cordis scrobiculo. Spasmi. Corrugatio extremitatum. Animus demissus et afflictatus. Conscientia usque fere brevi tempore ante mortem semper manens. Vox singulari modo mutata, inde etiam ab nonnullis »vox cholerica« nominata. Status exhaustus omnium fere functionum vitalium. Faciei insolitus adspectus.

Quantopere haec cholera epidemica his symptomatibus a cholera priorum temporum et aliis morbis differat, facile est intellectu.

Symptomata prognostica,

ex iis locis elucent, in quibus supra sub a et b. studii tertii sermo erat.

Denique notandum est, symptomata hujus morbi non semper ordinem eundem observare et nonnulla imo characteristica interdum abesse. Plerumque cholera juxta cetera symptomata cum diarrhoea incipit, quam vomitus, spasmi et alia symptomata descripta sequuntur. Rarius cholera cum diarrhoea, spasmis ceterisque symptomatibus et quidem sine vomitu apparuit, et multo rarius casus contrarius. Sunt adhuc aliae in phaenomenis morbi abnormitates, quas omnes autem referre hujus libelli spatium non licet.

)E ORGANORUM FUNCTIONE INTER HUNC MORBUM.

De functionibus cerebri et nervorum.

Quamquam conscientia manet usque ad mor-
., attamen conditio aegroti interdum debilitati
lis est, quam ebrietas efficit. — Caput est
e grave, pariter dolorosum in variis ejus locis.
rotus interdum vertigine laborat et aliis jam
is capitis affectionibus. — Spasmi sunt modo
cae modo clonicae modo mixtae naturae et ga-
enemios, pedum, manuum et digitorum muscu-
primum ut fieri solet, corripiunt, modo hic,
lo illuc apparentes, nunquam autem simul mus-
s extensorum et intensorum invadentes. Deinde
mi abdominis et tunc pectoris musculos aggre-
diuntur. Extremitates superiores multo frequen-
qnam inferiores a spasmis corripiuntur. Mus-
autem faciei, colli et dorsi numquam vel ra-
ime hac spastica constrictione laborant. Si mus-
us spasmo corripitur, pars ejus carnosa contra-
ır et format durum quasi nodum cum tanta
titudine et vehementia, ut aegrotus propter
cimos dolores magnopere exclamat. Frictiones
fomentationes interdum hos spasmos ab una
te musculorum ad alteram pellunt. Dolore
reptae partis paene cessante, mox novus cla-
r novum impetum et dolorem indicat. — Spas-
s etiam in toto ventriculo, duodeno et ductibus
ticis (unde quoque a nonnullis bilis impedita
retio explicatur) domicilium suum habere vide-

tur. Scott narrat, memorabilem musculorum abdominis fortissimam constrictionem spasticam interdum esse, ita ut abdomen ad spinam vertebrarum contrahitur. Marshall narrat duos casus, in quibus spasmi orti sunt, postquam aegroti jam mortui existimabantur. In duobus casibus aegroti per totum morbum nullis spasmis laboraverunt.

b) De functionibus pulmonum.

Tussis et pectoris dolores nunquàm observantur. Initio morbi respiratio est accelerata et fortior, progrediente autem morbo sensim sensimque lentior fit, mox autem interrupta usque paulatim omnino desiit. Dr. Davy observavit, aerem e pulmonibus exhalatum acidi carbonici, quod apud sanos plerumque adest, tertiam partem continuisse. — Interdum musculi ad respirationem necessarii a spasmis corripiuntur, tunc respiratio esse videtur asthmatica.

c) Functiones cordis, arteriarum, et sanguinis conditio.

In primo impetu morbi pulsatio cordis et arteriarum, quod attinet ejus frequentiam et fortitudinem, augetur, sed raro magis quam centum pulsus ictus per tempus unius horae sexagesimae partis sentitur, et jam post breve tempus dimidiae horae usque ad horam integram arteriarum pulsatio in omnibus ramis manifeste imminuta est et arteriarum vis in capite, ei in corde, quod adhuc valens manet, respondet. Attamen cordis vis ab

gra valetudine et a vehemente inflammatione
nopere se differt, ea de causa Conwell cor-
pulsationem molestam et operosam pugnam ap-
at. — Pulsus in carpo morbi initio est varius,
grediente autem morbo semper semperque de-
r, irregularior, lentior fit et saepe ineunte
mo et vomitu in externis extremitatibus non
llius est sentiendus; attamen aegroti adhuc per
uod tempus interdum vivunt, cujus Kellet
morabile exemplum narrat. — Cutis venae et
riae interdum sub hac conditione adhuc anim-
rtuntur, nec omnino sunt collapsae, si etiam
us non amplius sentiuntur. Si haec vasa in
statu aperiuntur, sanguis in iis contentus ef-
., tunc vasorum parietes mox collabuntur et
uis non amplius apparet.

Singularis qualitatis est sanguis in hoc morbo.
nim morbi initio venaesectio instituitur, tunc
ic quidem sanguis effluit, attamen maxime est
cydatus, niger, crassus, imo etiam imminutae
peraturae. Numquam sanguis in efformata cho-
venaesectio detractus in serum et cruorem se-
itur, sed celeriter ad massam homogeneam coa-
tur. In minori cholerae vehementia aliquantu-
quidem serum sejungitur, sed etiam in his casi-
nulla crusta inflammatoria videnda erat. — Si
sanguis venosus et niger aëri exponitur, tunc
rubrum colorem accipit. — In iis casibus, ubi
era cum incitationis signis incepit, hic sanguinis
r color minus observatur, quam si morbus
virium collapsu incessit.

d) De functionibus ventriculi et intestinorum.

Plerumque huic morbo perturbationes in ventriculo et intestinis praecedunt, quod eo magis est observandum, quoniam signa indicantia imminentis morbi esse possunt. Nonnulli aegroti ciborum satietatem, alii dolorem in regione cordis scrobiculi, alii sensum prementem, vel constrictionem, praecipue calorem ardentem in regione epigastrica accusant; tum sequitur nausea, vomitus, diarrhoea et quidem sine doloribus vel molestiis. Nonnulli aegroti post excretiones bene se habere putant. — Primae alvi excretiones cibos et in universum faeces continent. Si in ventriculo nulli amplius cibi adsunt, tunc evomita massa fuit liquida, viscida, sine odore et gustu, sine colore vel subalbi coloris, interdum substantias floccosas, nullum autem bilis vestigium continuit. — Si canalis alimentarius vacuus erat, tum sequentes excretiones in floccosis, evomitis substantiis similibus, viscidis liquoribus sine odore constiterunt, qui interdum parvas, nigras natantes partes continuerunt. — Copia et frequentia secretorum sensim sensimque et saepe incredibili modo augetur, abdomen collabitur, et molestus dolor in abdomine accusatur. Si lethargia intravit, tum vomitus cessavit, sed alvinae excretiones involuntarie continuatae sunt et interdum frequentius, imo etiam post mortem multa liquida ex ore et ano effluxerunt.

Sitis insatiabilis, sicut ardens ille dolor in regione epigastrica, fuerunt manentia symptomata.

De bilis, urinae et salivae secretionibus.

Bilis secretio in hoc morbo non suppressa sed ius impedita est. Nam bilis transitus in duode- i constrictione ductuum choledochorum spastica osimiliter plerumque prohibetur, quod e vesica a bile completa in cadaverum sectione obser-, et e valde angustis ductibus cysticis elucet.

Urinae secretio est morbi initio parca, postea m plerumque suppressa, quod nonnulli e con- u nervoso explicant, alii autem ex eo, quod um ureum in sanguine aegrotorum reperitur, le causa quoque renes nullam urinam e sanguine rnere possunt. Verosimiliter deficiens urinae se- io explicatur e nimia copia sursum deorsumque etorum aquosorum, de qua re jam supra sermo

Quamquam nausea, quae in aliis morbis secun- i experientiam salivae excretionem augere solet, uenter accusatur, attamen in hac cholera epide- a salivae secretio non solum parca et rara sed m plerumque suppressa observatur. —

f) De functione cutis.

Cutis aequali modo ac in hominibus, qui mor- canalis alimentarii laborant, se habet, et fere per frigida est, saepe viscido, profuos sudore ecta, plerumque autem sicca et brevi tempore mortem calida et praecipue in trunco et ca-

Frigus et siccitas cutis e consensu cum ventriculo et canali alimentario a nonnullis medicis explicantur, alii autem originem ducunt e circulatione penitus e peripheria cessante et e circulatione suppressa in vasis capillaribus superficiei cutis. — Si omnes vires collapsae sunt, tum cutis est insensibilis, vesicatoria nullum effectum praebent, imo etiam acida mineralia et aqua calida. Scott hanc insensibilitatem minuta vi in cutem explicare studet. — Cutem praecipue in digitorum apice flaccidam interdum fuisse et brunneum colorem habuisse quoque observatum est. —

DE SANANDI REMEDIIS.

Cholera est tantus et periculosus morbus, tam saepe et celeriter mortem affert, ut omnia in recta et bona sanandi methodo et quidem aptorum et efficacium remediorum celeri applicatione posita sint, ad quem finem aegrotus nullum temporis momentum amittere liceat, quum tempus magnopere sit pretiosum ad servandam vitam. Sanationi attamen adhuc impedimenta sunt, quoniam primum morbi symptomata nondum satis cognita et explicata sunt; deinde quod medicamenta contra choleram commendata non ubique nec omni tempore eandem utilitatem, parem vim et eundem effectum praebuerunt. — Quis autem non concedat, characterem morbi, qui jam in tam variis terris et variis temporibus apparuit, in ejus symptomatibus non eundem manere.

locorum situs et solum, aër, anni tempora
ııino climaticae rationes quendam vim in cholo-
nignitatem aut malignitatem haberent? Num
ibus ubique eadem constitutio est, pares vires
em valetudinis conditio, si a cholera corripi-
? In multis Indii ab Europaeis et hi iterum
sc differunt. Nonne igitur apud morbi et
um hanc varietatem etiam vim et effectum
ımentorum varium esse oportet? Praecipue
a sententia igitur est opus, ut medicus, ubi-
e sit, loci et climatis qualitates et homines,
corum vivendi rationem, vires, temperamenta
accurate cognoscat et cum diligente usu ex-
tiae ab aliis jam factae ipsi suae experien-
tradat, et omni tempore e suo judicio et ex
tionibus sanandi methodum instituat.

Huic parvo libello non licet omnes sanandi
dos, omniaque in hunc morbum adhibita me-
enta afferre. Quam ob rem me contentum
oportet ea remedia commemorare, quae in
plerumque utilitatem praebuerunt, aut com-
ıta sunt. —

Primae indicationes consistunt in tollenda or-
um internorum congestione, in evitanda or-
um abdominalium inflammatione et in sangui-
rculatione, regulari transpiratione, bilis secre-
restituenda; deinde in spasmorum, vomitus
ırrhoeae supressione et in tollendis morbosis
iis, quae in canalem alimentarium secretae
accumulatae sunt.

SANGUINIS DETRACTIO.

Inter primas indicationes pertinet, ut congest sanguinis in inferiora organa tollatur et regular sanguinis circulatio restituatur. Quam ob rem d venaesectione praecipue est cogitandum. Cuju consilium est sanguinis copiam imminuere, ut co et pulmones ab oppressione liberentur et functio nibus iterum praestare possint. Hoc autem solum modo in prioribus morbi stadiis fieri potest, prius quam pulsatio in carpo cessavit. Auxilium cele igitur opus est. Postero tempore sanguis raro e ve nis effluere vult, vel tantummodo in parva copia, it ut sanationis spes abeit. Interdum quidem magn sanguinis copia effluxit, tunc autem effluere subit cessavit, et aegrotus celeriter mortuus est. In h casibus ea sanguinis pars detracta esse videtur quae in veuis fuit, quum jam circulatio desiit e venae evacuatae erant. Itaque etiam nonnullorum sententia falsa oritur, mortem [quae his in casibu etiam sine venaesectione intrasset, quum morbu nimie progressus esset] venaesectione acceleratam esse. — In aliis casibus aegroti etiam post venae sectionem in posteris stadiis convaluerunt; tun scilicet ex medici voluntate tam diu sanguis effluxit usque circulatio facta est regularis. Initio sangui fuit crassus, niger, apparuit guttatim, sensim sen simque autem tenuior erupit, et quum rubrum co lorem acciperet, quod semper signum sanationis fau stum est existimandum, facilius effluxit et statim venaesectio a medico finita est.

E symptomatibus venaesectionem reiterare li-
:t si opus est venaesectionem nonnunquam re-
e, tunc nonnulli commendant, eam sensim sen-
:e in omnibus quatuor extremitatibus crucia-
nstituere. Annesley consulit in omnibus ca-
et in omni stadio venaesectionem instituere.

Interdum in posteris morbi stadiis excitatior
inis motus accidit, qui verosimiliter indicat,
am restituere circulationem studere. Hoc
oris momentum minime ad venaesectionom ad-
dam negligendum est.

Nonnulli quidem aegroti etiam sine venaesec-
convaluerunt; sed in hac sanandi methodo
rus mortuorum semper major fuit, quam con-
:entium. Experientia etiam docet, nullum
casum morbi sine congestione periculosa in
vel alterum organon apparere. Quam ob
non liceat, solummodo alia remedia sine san-
. detractione adhibere.

Sanguinis detractio etiam, exempli causa, ad
meliorem opii, medicamenti in cholera boni,
arat. — —

Si igitur his venaesectionibus sanguinis copia
itur, tunc etiam cor iterum facilius se con-
e valet et sanguinis oxydatio et decarboni-
quod maximi momenti est, melius procedit,
iguis ergo deoxydatus tollitur, ex quo vitio-
liorum organorum functiones et nutritiones
tur.

Quum venaesectio non amplius institui possit,
sanguis non effluere vult et simulque symp-

tomata periculosa minantur, tunc hirudines in loco idoneos applicandae sunt. — Si post venaesectionem abdomen est dolorosum et digitorum tactum non ferre potest, item apud capitis molestas affectiones, aliarumque partium corporis dolores magnos, tunc etiam hirudines adhibendae sunt.

Sed venaesectio, si modo institui potest, hirudinibus semper anteponenda est. Illi casus tantummodo excipiendi sunt, in quibus cholera cum permagna omnium virium consumtione intrat.

Sanguinis detractiones locales solummodo adhibitae raro magnam utilitatem praebuerunt, quod vasa sanguifera magna non satis celeriter evacuari possunt; sanguinis igitur circulatio manet impedita, et celerem utilitatem, quae e venaesectione sequitur, non assequitur. —

Pulsuum conditionis rationem ante venaesectionem habere, non semper opus est, quum saepe in maximo vitae periculo, ubi venaesectio optimum effectum praebet, pulsus saepe ob debilitatem paene tangi potest.

Quod attinet sanguinis detrahendi copiam, semper haec in omnibus morbi casibus e constitutione aegroti et symptomatum vehementia terminatur. —

Symptomata, quae praeter congestionem, sanguinis detractionem indicant, haec sunt: dolor vehemens et ardens in regione scrobiculi cordis et umbilicali, magnae respirationis molestiae, pectoris anxietas, capitis magni dolores, gravitas et obnubilatio simulque magna photophobia. —

Calomelas.

Sicut apud omnia in cholera adhibita medica-
ıı, ita quoque de mercurio dulci non omnes
:i consentiunt, quorum alii utilitatem ejus
nt, alii autem negant; plerique tamen conve-
„ hoc medicamentum in cholera magnopere
esse.

Hydrargyrum muriaticum mite post venaesec-
n tunc bene adhibetur, si paucae alvi dejec-
adfuerunt, si bilis haerens evacuetur, hepa-
nctiones liberiores fiant et alvi artificiosis de-
nibus pars corrupti sanguinis in canalem ali-
rium transducatur et hac ratione sanguinis
as melior reddatur. Magnae ejus doses ad
ənda haec consilia aptae videntur. (Lichten-
l. c. I.). — Conwell dicit, mercurium dul-
anguinis accumulationem et dispositionem ad
stionem sese inclinantem minuere et secre-
us ad valetudinem necessariis fauere. Iohn-
idem medicamentum adhibuit, ut proportio-
rregularem inter morbosam sensibilitatem et
iones restitueret, et bilis secretionem efficie-
:t Annesley mercurio dulci massam argilla-
loris, (claycoloured), quam apud sectiones in
nis crassis reperit, tollere voluit.

Jbi autem multae alvi dejectiones adfuerunt,
edicamentum aut in usum non vocatur aut
rumque cum opio conjungitur. — In univer-
onjunctio mercurii dulcis cum opio vel nuco
a valde laudatur, quod praecipue bilis se-

cretioni et excretioni favet. Aequali modo vi mercurii dulcis in conjunctione cum medicamenti antimonialibus commendatur ad restituendas secre tiones. — Corbyn adhibuit mercurium dulcem cum tinctura opii et oleo menth. pip. seu cajepu Alii conjunxerunt calom. cum extr. hyosc. vel cum herb. digit. vel apud permagnos spasmos et aegro tos valde sensibiles cum moscho vel cum castoreo

Si alvi excretiones virilem vel griseum colo rem post usum hydr. muriat. mitis ostendunt, tum ab hoc medicamento abstinendum est.

Medici anglici casu fortuito in doses magna hujus medicamenti inducti sunt. Ex errore enim quidam aegrotus cholera laborans semel scrupulum integrum hydr. muriat. mit. et LX guttas tinc opii sumsit et convaluit. — — Apud homines ro bustae constitutionis majores doses calomelano utiliores esse et celerius auxilium afferre viden tur, quam parvae et frequenter repetitae doses quibus intestina debilitantur et diarrhoea perdurat Apud magnas etiam doses in hoc morbo Calome las ptyalismum non excitavit et verosimiliter prop terea, quod celeriter alvi dejectiones efficiuntur. — Quod denique in universum dosin ipsam et tem poris intervallum, quo hoc medicamentum detur attinet, hoc e symptomatibus et viribus aegrot medici ipsi judicent. Non audeo dosin certam con stituere, quod in aliis terris sunt alii homines aliarum virium. — Ex eadem causa in omnibus adhuc commemorandis medicamentis dosis a me incerta manebit. —

Opium.

Opium mox post eruptam choleram optimum
:tum praebuit, nondum autem simili modo post
:matam choleram. — Hoc medicamentum con-
morbosam ventriculi sensibilitatem, spasmos,
um vomitum et alvi dejectiones frequentes,
ecto valde utile est. Sydenham (l. c.) di-
» at vero diligenter est animadvertendum, quod
non accesserit medicus, nisi postquam aeger
mitu ac dejectionibus ad horas aliquam multas
ntinuatis exhaustus at jam frigescunt extrema
:mbrorum; hoc inquam casu, omissis aliis qui-
scumque auxiliis, recto cursu ad sacram hujus
)rbi anchoram, laudanum intelligo, confugien-
m est; quod non tantum exhibendum est ur-
ntibus symptomatibus sed etiam cessante vo-
itu ac diarrhoea etc. etc.« Frank (epitome
curand. homin. morb. lib. V. p. II.) inter alia
t » hic sola tinct. Thebaica ad guttas XV. pri-
um post quartam quamvis horae partem, donec
)mitus omnis sedetur, decem ad guttas vel sac-
iaro instillata, vel cum aquae melissae vel sim-
ici paucissima quantitate porrecta omnem hic
aginam absolvit. Necesse vero est a vomitu
:ssante non illico remedium suspendi, sed inter-
allis nunc quidquam longioribus, ac minores ad
oses, nisi sopor insequatur, per dies aliquot
xhiberi.«

Utrum magnae a medicis Anglicis datae doses
:. XX p. d.) necessariae sint, ex universis causis

nec negari nec concedi potest. Semper autem magnae doses in clysmatibus non commendandae sunt, quum experientia docet, opium per clysma adhibitum profecto non minorem vim quam per os habere.

In universum apud usum opii in hoc morbo semper valde cauti esse debemus, ne congestio cerebrum versus et quidam sopor oriatur, quod faciliter fieri possit.

Tam diu, quam pulsus durus et fortis sentitur, opio uti non licet. Si autem post venaesectionem pulsus est parvus et celer, et nimie aucta corporis sensibilitas remanet, tunc opium indicatum est. Hoc etiam praecipue referendum est ad ventriculi maximam sensibilitatem, in quo propter numerosos nervos symptomata spastica tam vehementia fieri possunt, ut aegrotus spastico statu moriri possit.

In efformata cholera magnae doses opii facillime maxima pericula (exempli gratia typhum) afferre possunt. Attamen parvae ejus doses semper utiles sunt, in his vero stadiis opium numquam solummodo est adhibendum, sed e consensu multorum medicorum cum hydr. muriat. mit. optime conjungitur.

Taylor commendat magis opium purum quam tincturam opii, quod tinctura adhibita saepe vomitus non minuitur sed augetur. Ex eadem causa Boyle iterum tinctura opii in clysmatibus utitur. — Si autem opium solummodo datum nec vomitus, nec spasmos minuit tunc ab aliis cum

mphora, calom. et apud symptomata periculosa m moscho conjungitur.

Si vomitus et alvinae excretiones nec vehe-mentes nec in comitatu malignorum symptomatum nt, tunc non semper opium statim in usum vo-ndum est, quum hae excretiones interdum na-rae contentiones ad tollendas materias morbosas stimandae sunt.

Cessante vomitu et diarrhoea opii usus ad im-diendos recidivos per nonnullum adhuc tempus mmendatur.

Calor, Balnea, Frictiones et Rubefacientia.

Haec remedia externa ad sanationem maxime tilia sunt, minime deesse debent, et primum lo-um post venaesectionem occupant.

Prae omnibus calor et quidem calor siccus ex ea sententia magnopere in cholera commendan-us et laudandus est. Calor ad restituendam san-uinis circulationem et cutis transpirationem mul-um affert. Maxima esse utilitate credo, si aegro-is semper calorem siccum et modicum accipere t ubique ab hoc circumdari possit. Quantam tilitatem epithemata calida et quidem sicca ex rena, sali, furfure, avena, cinere etc. afferant, nter omnes satis constat. Itaque commendata tiam balnea calida ex arena parata utilitatem pro-nittunt. — Quam utilitatem calor siccus praebet, nter multa exempla etiam hoc demonstrat: servus nedici White, qui admoto magno igne corpus

calefaciebat et praeterea inunctionibus utebatur, convaluit (Conwell). — Nonne sanandi methodus civis Moscoviensis Chlebnikow, a nonnullis medicis commemorata in calore (quamquam etiam in calore humido) plerumque sicco posita est? Methodus ejus haec est: aegrotus accipit cochlear plenum magnesiae (verosimiliter carbonicae), tunc tegumentis calidis simulque permulta et calidissima nec minus cum aqua ferventi perfusa foeni paleat egitur, ut transpiratio efficiatur. Si corpus post sudorem siccatum est, eadem methodus repetitur et postea aegroto liquor Hoffmanni et medicamenta roborantia dantur. Tinctura guajaci ab hoc cive quasi medicamentum palliativum commendatur.

Quum plerique medici modicum et calidum sudorem, cujus praesentia in hoc morbo plerumque faustum signum habetur, efficere student, ea de causa calor siccus eo magis est commendandus, quoniam aegrotus, dum calor adhibetur, nec tam faciliter refrigerio exponi nec ejus vires intendi possunt, quod in balneis calidis saepe accidit. —

Profecto autem non parvi momenti balnea calida sunt, et si quoque concedendum est, aegrotos saepe his balneis perfrigescere, vires eorum descendo in balnea et escendo, defricando et vestiendo contenduntur, attamen minime dici potest, balnea calida plus nocere quam utilitatem afferre, quum haec incommada jam commemorata faciliter et caute evitari posunt.

Quod attinet balneorum temperaturam a non-llis calidissima balnea laudabantur, saepe autem n felicem eventum praebebant. Nimio enim ca-re magnus et profusus sudor evocatus est. Initio uidem morbi transpiratio universalis calida mag-pere salutaris est; postea autem si aegrotus se-etionibus frequentibus et continuis multas aquo-s materias amisit, magnus sudor periculosus est, uod sanguis reliquo sero privatur, inde crassior ; ideoque circulatio impeditur. Ex eo etiam elu-t, cur multi aegroti post adhibita balnea calida ajorem anxietatem et inquietudinem ostendunt. uam ob rem primis morbi stadiis et quidem mox ost primam venaesectionem balnea calida exhi-enda sunt. Non jure Blumenbach rejicit usum alneorum universalium calidorum, dicens: com-odum caloris ex his balneis ortum non solum raetereuns esse, sed stiam superari nocua oppres-ione quam aqua in corporis superficiem efficiat; nde sanguis adhuc magis ad internas partes pella-ur et periculum suffocationis augeatur, quam ob em aegroti in balneo non bene se habeant. — Quaeritur autem in quo morbi stadio, inter quae ymptomata et in qua nam temperatura, de quibus omnibus Blumenbach nihil dicit, aegroti bal-neis usi sint. — Eo magis autem Blumenbach edulivia calida commendat.

Sokolow dicit: balnea raro utilitatem ha-bere, si spasmi jam inceperint; sed in vehemente anxietate, pulsu debili et frigidis extremitatibus periculosa fuerunt.

Balnea kalina a Tilesio commendata utilia quidem esse videntur; quaeritur autem, utrum eorum utilitas tam magna et omni tempore tam certa esset, sicut Tilesius contendit.

Majori et tutiori utilitate ea calida balnea mihi esse videntur, quae sanguinis temperaturam non multo magis excedunt.

Quam diu aegrotus in balneo maneat et quoties eo utatur, a symptomatibus pendet. Plerumque autem et cum maxima utilitate mox post primam venaesectionem balnea in usum vocantur. —

Absente ad balnea occasione pauperibus (sed etiam divitibus propter bonum effectum) haec methodus, a Purpurew laudata, commendanda, est: Aegrotus calidis tegumentis tegitur, sub quibus spatium satis magnum manet ad diffusionem vaporum ex aceto et aqua paratorum, quae liquida in lapidem candentem infunduntur. Hi vapores magnum sudorem calidum efficiunt, qui semper signum bonum instantis sanationis habendus est. Hoc experimentum e symptomatibus bis vel ter quotidie institutum est. (Lichtenstädt l. c. I.).

Balnea vaporina laudem quidem iis attributam merent, attamen majorem adhuc utilitatem afferrent, si ubique tali modo instituta essent, ut e medici voluntate caloris modus constitui possit.

Magnam etiam utilitatem promittunt epithemata calida spiritu camphorato et liquore ammonii (et fortasse etiam ex aliis aethereis medicamentis) parata, quae Sokolow propter bonum effectum commendat.

Lindgroen laudat epithemata calida ex her- aromaticis et cum aceto parata in pedibus, mani- s; et capite et dicit, haec epithemata in capite ap- cata sensum injucundum in oculis reconditis, ver- inem et inclinationem ad vomitum ex hac profi- centem statim supprimere aut mitigare.

Frictiones et rubefacientia quasi ea remedia, ae etiam functiones cutis animant et restituunt, plerisque medicis in cholera magnopere laudan- et jam initio morbi adhibenda sunt. — Hae ctiones instituuntur plerumque cum pannis laneis, i vel calidi et sicci, vel baccis juniperi, succi- suffiti, vel aethereis, balsamicis liquoribus irri- i sunt. Praecipue ad frictiones hoc linimentum, od propter optimum effectum in cholera lini- ntum antecholericum nominatum est et magnam oriam assecutum est, laudatur:

Rp. Theriac. dr. ii.
Acid. nitr. dilut. unc. ii.
Ol. terebinth. unc. iii.
Mell. despum. unc. i.
Spirit. vin. rectif. unc. vi.
M. f. linimentum.

uae frictiones corporis frigus praecipue extremi- tum tollunt, calorem, sanguinis circulationem in ternis corporis partibus restituunt, et hoc modo vulsionem efficiunt, spasticos impetus mitigant et res excretionibus exhaustas elevant.

Interdum autem frictiones cum medicamentis excitantibus et omnino spirituosis nullam utilitatem ostenderunt, fortasse propterea, quod aut haec medicamenta volatilitate sua parvas corporis caloris reliquias magis minuunt, quam sustinent et augent, aut morbus nimie progressus est.

Huc pertinent inunctiones cum Oleo hyoscyami, lauroc. terebinth., junip., foenic., amygd. amar., cajeput, cinnam. aeth. cum Tinct. fuligin., liquor. guajac. succent., tinct. Kalina, tinct. camph., phosph. etc. cum unguento ammon. et aliis solitis unguentis. — Sinapismi (qui interdum liquore ammon. caust. acuti sunt) in suris, planta pedum, cruribus, spina dorsali, lumbis etc. — Cucurbitulae siccae in abdomine applicatae. — Vesicatoria vim suam lentius ostendunt, qua re aqua coquens et acida mineralia saepe praeferenda sunt. Post eorum autem effectum, vesicatorium in cordis regione, si ejus functiones lentissime procedunt, aut in abdomine, si vehementes dolores adsunt, aut in aliis e symptomatibus aptis locis simul adhiberi potest, et jam in maximo periculo tali modo utilitatem praebuit. — In eadem ratione acidum nitricum est efficax, quod Powell primus ad hoc consilium adhibuit, et Scott aliique commendarunt. Powell praecordia cum acido nitrico crudo (aqua forti) oblinebat, usque cutis rubescebatur, tunc hoc acidum cum aqua aut solutione Kali carbonici abluebatur.

In gravissimis et periculosis casibus etiam moxa in spina dorsali et ferrum candens in abdo-

ıc propositum est et interdum cum felici eventu
ı in usum vocatum. E principio Hippocra-
(Aph. I. 6. ἐς τὰ ἔσχατα νουσήματα αἱ ἔσχαται
ɔαπεῖαι ἐς ἀκριβείην κρατίσται) et Celsi (de
d. lib. III. cap. XI, vehementi malo nisi aeque
ıemens auxilium succurrere non potest) haec
nedia quidem non sunt rejicienda, sed etiam hoc
ilium magnopere est dubium. -

Sanguinis detractio, hydrargyrum muriaticum
e, opium, balnea frictiones et rubefacientia
ıt hucusque remedia prima contra choleram.
nia alia in hunc morbum adhibita medicamenta
ad eadem vel ad cetera symptomata referenda
ıt et latiori explicatione non carent, quum prin-
ia universae Therapiae hic satisfaciunt.

Nonnulla adhuc medicamenta igitur breviter
eram.

Propter sensibilitatem ventriculi et omnino
ıalis alimentarii pleraque medicamenta interna
n bene feruntur et saepe evomuntur. Quam
rem etiam difficile est judicatu, qua in forma
nedia dentur et in quali dosi, ne ventriculo
lestiae afferantur. Experientia autem docet,
dicamenta in forma guttarum in plerisque ca-
us cum bono effectu esse adhibita. Praecipue
hac ratione liquores aetherei, tinct. valer. volat.,
uor. Corn. Cerv. succ., tinct. mosch., tinct. camph.
similia medicamenta ejusmodi laudantur. —

Apud maximam ventriculi sensibilitatem, ita ut omnia sumta mox evomantur, Blumenbach internum usum glaciei magnopere laudat, quae ei magnam utilitatem praebuit, ita ut postea appropinquante nausea semper mox glaciem adhiberet. Ipse autem glacie non ad sanationem uti voluit, sed potius ad supprimendam ventriculi sensibilitatem et ut eo facilius medicamenta interna indicata ferrentur. Vetuit usum glaciei apud pulsus fortiores, apud sudorem, qui symptomatum vehementiam mitigat, ne crisis interrumpatur.

Alii medici contra vomitus magna cum utilitate praecordia cum glacie lavari jusserunt, simulque epithemata frigida adhibuerunt. —

Si aegrotus nulla medicamenta fert et omnia evomit, tunc Wallace hanc mixturam: Rp. opii pur. gr. ii, Calom. gr. xv. mell. dr. j. m. f. mixt., in linguam inserit. Tali modo aegrotus cum utilitate sensim sensimque hanc mixturam, quae etiam in corpore manere solebat, deglutit.

Pertinacissimus est vomitus in hominibus, qui potuum spirituosorum usui dediti sunt. In his casibus Sokolow praescripsit gr. x Supercarbonas sodae sive magnesiae simulque aquam menth. pip. cum succo citri vel aceto bibi jussit, et postea Calom. et opium dedit.

Contra vomitum etiam potio Riverii magna cum utilitate adhibita est, quae sicut in omni vomitu spastico bonum est medicamentum.

Tilesius utitur arnica mont., ubi pulsus nec plenus nec durus est, apud magnam ventriculi sen-

'tatem, praecipue apud siccam et calidam cutem, ..idem infuso herb. et flor. arnic. mont. cum .nenth. pip., flor. chamom., samb., camph., opio, is acet., angelica, anis. stellat. cinnam, valer.

Si vomitus minuitur et cutis calida et humida .unc Milwood magnesia (scr. IV. p. d.) carbon. ., qua nullus vomitus oritur, sed bis aut ter deponitur.

Quum post primum medicamentorum usum vo- omnino evanuit, tunc interdum canalem ali- .irium purgare commendatur, ad quem finem .i medicamenta purgantia, Jalapp., rhab., scam- ., calom. a medicis Anglicis adhibita non lau- .i sunt, sed potius medicamenta leviter solven- t quidem decoct. gramin. bard., tarax., sapon. additamento tartari stib., mitium Kalinorum. ac commendanda sunt (Elsner l. c.).

Jänichen credit: in magna nausea consilio . sibi proposito ad vomitus inclinationem sup- endam, vomitum impediri (?) posse, attamen .is et tutius esse infusum concentratum coffeae. .item vomitus jam intravit, tunc acidum carb., n, olea aetherea, aquam Kalinam frigidam aut .im, sinapismos et vesicatoria in cordis scrobi- adhibuit.

Sicut in omnibus morbis ita etiam in cholera .pidemica ad diarrhoeae, tenesmi, borborygmo- suppressionem clysmata e principiis therapiae .rsalis parata cum utilitate in usum vocata sunt.

Contra diarrhoeam et tenesmum Tilesius decoct. mucilaginosum Salep, seu decoct. orchid cum aqua vel vino rubro, clysmata ex amylo parata bonum jusculum commendavit; alii dec. salep cum syr. diacod. (praecipue contra diarrhoeam aquosam), clysmata ex amylo cum opio seu cum decoct. ratanh. parata. — Si excretiones biliosae apparent, tunc remedia solventia et purgantia per aliquod tempus adhibenda sunt (Annesley). Praecipue hoc tempore liq. Kali acet. indicatur, quo simul urinae secretio augetur.

Richter (Lichtenstädt II. 25. l. c.) usum extracti nucis vomicae contra diarrhoeam in posteris morbi stadiis commendat.

Tilésius (l. c.) corticem cascar. optimum ventriculum roborans medicamentum, sublatis canalis alimentarii sordibus acribus, et in similibus casibus quassiam, simarub. et rad. Colombo laudat et cum bono eventu in usum vocavit.

De siti vehemente tollenda non omnes medici consentiunt. Plerique decoct. aven., vel oryz., salep., hord. etc. omnino eos potus, qui in morbis inflamatoriis adhibentur, laudant; alii aquam cum aceto, aquam puram commendant; Milwood potui usitato spiritum nitri dulcem [fortasse contra urinae retractionem] addidit. — Simili modo medici dissentiunt, utrum potus esse debeat calidus aut tepidus aut frigidus. Experientia autem docet, potum antiphlogisticum mediocris temperaturae maxima utilitate fuisse.

Aegroto autem omnem potum negare non propotest.

In nonnullis casibus bono effectu tartarus stib. usum vocatus est et quidem apud prima morbi ptomata utebantur granis viii; his sumptis vomum et alvi dejectiones apparuisse, bilem evacuaesse et paulo post convalescentiam intrasse unt. Apud minorem morbi vehementiam graiv, imo etiam gr. ii tantummodo utuntur. Et lieres gravidae hanc methodum bene tulerunt postea liberos viventes pepererunt.

Si maturo tempore tartarus stib. adhibetur, c spasmi non apparent neque raro convalescencelerrime sequitur (Conwell).

Conwell narrat, magnesiam carbonicam rup. i — dr. i p. d.) in lacte recente sumtam ervallis horae dimidiae usque ad horam integram lem fuisse. Nescit autem utrum alia medicanta conjuncta fuerint.

James Boyle ipecacuanham, ut sanguinis culationem regularem restitueret simulque in ctus choledochos ageret, cum bono effectu dit.

In iis casibus, ubi opium nullum auxilium aebebat, nonnulli acid. sulph. dilut in magnis dous aut acid. nitr. adhibuerunt.

Nonnulli, sicut priori tempore Sydenham alii veteres medici, morbi initio dederunt juslum magnopere tenue, e carne elixa et quidem gallina paratum, quae magna cum copia aquae

est coquenda, ne jusculum nullum carnis saporem habeat. Quod jusculum aegroto largiter datur, etiamsi aegrotus continuo evomit. In clsymatis forma etiam jusculo usi sunt.

Prof. Dr. Henschel (l. c.) nonnulla in India a populo cum utilitate adhibita medicamenta refert et quidem haec: Infus. radic. dolichi prurientis, rad. Cyperi rotundi (ab Indiis Moot appellatus), fabam St. Ignatii conjuncta cum Coco maldivica (L.); horum medicamentorum utilitatem praecipue fabae St. Ignatii cum magna doctrina et sagacitate probat et commendat. Attamen major experientia de utilitate horum medicamentorum certius faciat.

Jänichen contendit, statum singularem typhosum, qui aegrotos absentibus jam cholerae symptomatibus in convalescentia interdum corripit, non semper ex opio aut aliis medicamentis excitantibus oriri posse, sed verosimiliter e priori conditione pathologica, in qua cerebrum, medullae spinalis cutes et systema sanguiferum fuissent. Ad impedienda symptomata typhosa applicationem frigoris (e capitis doloribus constituti) in capite, cutis incitamenta antagonistica proponit. Contrá prima symptomata acida mineralia, praecipue acid. Hall., cum utilitate adhibuit et in efformata conditione typhosa curam, ut in typho fieri solet, instituit, numquam autem remediis excitantibus usus est.

Alii autem e contrario, si cessante vomitu et diarrhoea aegrotus ad typhum, stuporem, delirium se inclinat, remedia excitantia et Chinam, serpen-

n, valer.', contraj. cum aliis roborantibus, vo-
bus et ventriculo aptis remediis laudant.

Thomas Hope hoc medicamentum magno-
laudat: Rp. Acid. nitrosi dr. i, aquae menth.
(seu mixt. Camph. Ph. Lond.) unc. i, tinct.
gutt. XL. — Hujus mixturae quarta pars
tri — quadrihorio dedit in patella tenuis de-
avenae; hoc vel aliud simile decoctum mu-
n simulque ab aegroto continuo in valde parva
a bibitur. —

Novissimis temporibus Dr. Leo, Varsoviae,
sterium Bismuthi optimum medicamentum com-
dat, quod solummodo (e symptomatibus omni
– trihorio gr. iii. p. d.) in pulveris forma cum
haro simulque aliquantulum potus melissae cum
no eventu adhibuit. Cum hoc medicamento
diu continuavit, usque nonnulla urinae secretio
ruit. Si hoc autem acciderit, tunc per non-
os adhuc dies pulverem unum mane et vespere
it. Si lingua muco flavo obtecta erat, huic
veri cum magna utilitate radicem rhei tosti
iii p. d.) addidit. In hominibus valde pletho-
s et juvenilibus sanguinis detractionem, partim
aesectione, partim hirudinibus praemisit. Con-
dolores vehementes in manibus pedibusque
nctiones mixturae calefactae e liquor. ammon.
st. (unc. i) et spiritu angel. compos. (unc. vi)
ibuit. — Quaeritur autem, num ubique Ma-
erium bism. hanc magnam utilitatem haberet,
od, choleram tum temporis Varsoviae benignum
racterem habuisse, cognavi.

In universum ceteris in symptomatibus cura posthuma ex universis therapiae principiis instituitur, ideoque singularia et nova mihi non notanda sunt.

De Diaeta.

Decurrente morbo omne refrigerium omnesque fortes animi affectiones evitari debent. Victus semper facilis et non excitans observatur; quam ob rem cibis leviter digestivis uti debent: jusculis tenuibus vitulinis, ex avibus, pane albo, hordeo, avena, sago et aliis ejusmodi paratis. — De potu jam supra sermo fuit. — Domicilium et aër bonum esse oportet. — In convalescentia victus aliquantulum roborantior esse potest, et fames, qui semper hoc tempore permagna est, non mox satiari licet, sed frequenter quidem cibis levibus semper vero parce uti possunt. — Omnia cetera cum diaeta post alios morbos graves conveniunt.

De regimine.

Contra choleram nos tueri possumus, si omnes causae jam supra commemoratae et praedisponentes et occasionales, quantum fieri potest, evitantur; nam omnia, quae directe vel indirecte organismum debilitant, quaecunque vires vitales imminuunt, excessus igitur omnis generis, ad choleram disponunt. Si nonnullae causae morbi, (exempli gratia aeris et anni temporum mutationes) non evitari possunt, tunc contra earum vim organismus defendatur et confirmetur medicamentis tonicis, quae in cutem agunt, functiones organorum digestionis augent et conservant, nec autem vinis et spirituosis, quorum vis excitans celerius organismum relinquit et tunc eo magis eum ad choleram disponunt. Praeter omnia autem societas et consuetudo et commercium

hominibus, qui aut cholera laborant aut in
nquo aegrotorum habitant, omnino evitari de-
quam ob rem superiorum magistratuum om-
n hac ratione instituta, magnopere salutaria
manda nec autem negligenda sed potius quam
um sustinenda sunt.

Quomodo cholera apparet?

ter omnes constat, choleram et sporadice et ende-
et epidemice, e variis causis, quae eam efficiunt,
rere. Attamenp lerique medici tantummodo cho-
n sporadicam et choleram epidemicam discer-
, dum choleram endemicam omnino omittunt.
'requentissime cholera in terris tropicis, prae-
: autem in Asia Australi et quidem in India
ntali et occidentali apparet. Ibi plerumque
ibus calidis saepe jam magna cum saevitia
mice et epidemice regnavit et in posterum
abit. — Praecipue aestate, minus vero per
mnum et numquam hiberno tempore in his
s grassari solet.

In Europa saepius in partibus australibus,
n septentrionalibus, praecipue tempore aestatis
uidem mensibus Julio et Augusto plerumque
adice, sed etiam epidemice, sicut Sydenham
) narrat, se manifestavit.

Experientia hucusque docuit, choleram instante
ne non modo multo mitiorem fieri sed etiam
pore hiberno semper evanescere solere. Atta-
historia praesentis cholerae epidemicae de-
strat, hunc morbum etiam hiemi resistere posse.

Haec cholera epidemica omnia hominum ge-
n aggreditur, nullo temperamento, nulli aetati
cit; attamen secundum experientiam liberi et
s juvenilis magis quam ii provectae aetatis,
saepius ac feminae et homines alieni magis
m incolae cholerae expositi sunt. — Hic mor-

bus ab aeris temperatura non dependebat, nam anni omnibus temporibus regnavit; non solum in locis humidis et profundis sed etiam in regionibus montuosis (exempli causa Nepaul) et aridis erupit; denique ventus eum non diffuderunt, quum saepe aliter quam ventus vertebatur.

OBSERVATIONES APUD CADAVERUM SECTIONEM PATHOLOGICAE.

I. Corporis forma externa.

Faciei vultus collapsi et hippocratici; labia et aliae ab epidermide non tectae partes subpurpurei coloris; oculi reconditi; vasa superficilia contracta et sanguine vacua aut fere vacua; extremitates corrugatae et contractae et coerulei coloris; suffusiones in iis locis, in quibus aegrotus durante morbo jacuit; magna musculorum totius corporis rigiditas.

II. Capitis cavum.

Si calva tollitur sanguis e durae matris vasibus effluens viscidus est et coloris brunnei; dura mater autem est niger vel subpurpurea. Si haec cutis tollitur, tunc vasa trans cerebrum currentia omnino tumescentia, quasi cum fusco, purpureo liquore injecta reperta sunt (Conwell). Arachnoidea saepe vel potius plerumque non pellucida, aliquantulum densata et vicinas cutes adhaerens. Cerebri substantia mollis et pulti similis ejusque omnes sinus et venae cum nigro, crasso, viscido sanguine magnopere completa (Scott, Keraudren, Labrousse). In ventriculis et inter cutes saepe aliquantulum serosum aut gelatinosum extravasatum. — In columna vertebrali exsudatio sanguinosae lymphae, vasorum sanguiferorum magna congestio praecipue circa caudam equinam, substantia medullae spinalis subruber et mollis frequenter observabatur. —

III. Pectoris cavum.

Cor et magni venarum trunci plerumque à crasso, o sanguine intensi, qui sanguis interdum fluidus emifluidus, aut et plerumque coagulatus et tunc inae similis erat. Ventriculus dexter plerum- ab eodem sanguine completus, interdum sed etiam ventriculus sinister. Cordis substantia ior et facilius lacerari poterat.

Pulmones minuti, collapsi, plus minusve lan- i, cum nigro sanguine completi, interdum gra- es, carnosiores et hepatisati (Keraudren, esley); superficies eorum posterior nigro- ulei et nigri coloris (Cowell). — Pleura pallida na. — Pericardium normale interdum aliquan- n serum continens.

IV. Abdominis cavum.

Apud aperiendum odor singularis injucundus, cipue in celeriter mortuis (Annesley, Jame-). Ventriculus continuit modo majorem, o minorem, aquosum, turbidum, interdum gle- m liquorem, qui sine colore aut subflavus neus, aut fere niger fuit. Cutis ventriculi pe- aealis solummodo majorem congestionem in ve- ostendit. Cutis ejus mucosa interdum cum tur- , colorato, viscido muco tecta, et hoc sublató in vasibus capillaribus magna congestio, quae cipue in tela cellulosa sub cute mucosa esse vi- tur, animadversa est (Annesley, Conwell, per). — Cutis ventriculi interna valde cor- ta, aliquantulum densior et viscidus, praecipue m ventriculus aut liquore, aut aere non magno extensus fuit. — In nonnullis casibus super- s interna praecipue in regione pylori fere pur- i coloris fuit. — Saepe ventriculus languidus, s et cutes ejus faciliter lacerabiles erant.

Omentum interdum complicatum vel potius corrugatum, aut in unum abdominis latus aut in alterum immissum; in ceteris autem normale erat.

Intestina tenuia interdum in nonnullis locis contracta, saepe flatibus extensa, eorum venae sanguine nigro magnopere impleta, in externo latere densa, pani lento similia, a pallide rubro colore ad fusce purpureum colorem transgredientia, et duodeni quidem et jejuni tegumentum pallide rubrum erat; ileum autem eo loco, quo cum coeco conjungitur, purpurei coloris. — Hic colorum transitus a congestionis gradu et sanguinis colore dependebant. — Cutes internae intestinorum horum densiores erant, praecipue si intestina non fuerunt intensa sed contracta. Praeterea cutis interna fuit tecta cum viscida; tenace massa, luti coloris, flori lactis similis, subfusca praecipue apud morbum subito et celeriter finitum. Amota hac massa cutis mucosa in superiori intestinorum tenuium parte plerumque pallidi coloris reperta est, in inferiori autem parte fusci coloris, congestionem ostendente, praecipue tunc, si ileum in externo latere coerulei vel purpurei coloris fuit. — Si morbus per longius tempus duravit et praecipue si vis reagens apparuit; tum haec massa viscida plus minusve disjuncta erat et in contentis intestinorum tenuium et crassorum navavit. Cutis mucosa in his casibus uberior erat vasibus et vasa arteriosa capillaria magis injecta, quam in superiori casuum classe videbantur.

Intestina crassa frequenter contracta, interdum extensa nonnumquam utrumque simul in variis locis erant. Congestio in eorum venas et venosa capillaria vasa manifesta praecipue etiam in tela cellulosa. Cutis externa fusci coloris propter sanguinem. — Cutis mucosa vasibus copiosa, interdum purpurei coloris, praecipue apud longum

bum et fortia stimulantia medicamenta. Nullas es continuerunt sed liquorem ei ventriculi et ium intestinorum similem. — Vasorum conio tenuium intestinorum symptomata in regione ilicali partim explicant.

Ductus thoracicus frequenter nullum um continuit (Hasper).

Hepar magnopere fusci coloris, cum nigro so sanguine completum, interdum purpurei aut coerulei, aut maculosi coloris, majus, laxum et viscido simile, faciliter lacerabile Conwell numquam hepatis vasa lacerata et multum sanlem in externam curvatam hepatis superficiem sum vidit. —

Vesica fellea semper fere completa cum sa, tenace, viscida bile. Bilis plerumque in rtuis, priusquam durante morbo in excretionianimadversa est, subviridem aut nigrum colohabuit. Quamquam ductus hepaticus latus et ns fuit, attamen ostium ductus choledochi contum esse solebat, ita ut plerumque bilis post em in vesicam felleam digitorum pressum inret. — Post vitalium virium reactionem et s transfusionem in intestina vesica fellea fuit ua, interdum autem paucam sanam bilem conit, ductus choledochus tunc aliquantulum contus repertus est, attamen non tam angustus m in superiori casu. In casibus paucis vesica ea omnino vacua, laxa et languida est reperta.

In omnibus fere casibus, ubi bilis in excretions et in sectione vesica fellea vacua erat obrata, illa massa viscida, cum qua superficies teum intestinorum fuit tecta, plus minusve disjuncta t et aut in contentis liquidis intestinorum crasum navavit, aut jam alvi dejectionibus sublata t.

Splen plerumque major, cum nigro sanguine magnopere completus (quod Conwell non observavit) texturae mollis, coloris fusci.

Renes plerumque normales, interdum autem minus crassi et languidi (Conwell).

Vesica urinaria plerumque vacua, retracta saepe sub ossa pubis, cutis ejus mucosa frequenter cum multo viscido muco tectá. — Contractio vesicae urinariae verosimiliter etiam e carente urina orta fuit. —

CURRICULUM VITAE.

Ego Mauritius Schlesinger natus sum Vratislaviae anno 1806 parentibus optimis Jos. Schlesinger, quem praematura morte defunctum lugeo, matreque Beate e gente Cantoriana. Literarum primis rudimentis ab ornatissimo viro Sebastiano Pauly praeceptore optimo et de me magnopere merito imbutus, petii anno 1818 gymnasium Fridericianum-Guilelmicum, duce beat. V. Ill. Kaysler et V. H. Kanegiesser, quem utrumque praeceptorem semper grato animo veneror. Testimonio maturitatis instructus hanc almam litterarum sedem sum aggressus et die XIV. m. Aprilis a. 1826 ab Ill. Weber, t. t. Rectore Magnifico, inter cives academicos receptus et apud Ill. Otto t. t., et praesente quoque tempore, medicorum ordinis gratiosi Decanum maxime Spectabilem medicinae studiosis adscriptus sum. Quo ex tempore hisce scholis interfui;

Ill. Steffens, de elementis physicae experimentalis et hodigetice. — Ill. Wachler de historia litterarum recentioris aevi. — Celeb. Branis, de logica et philosophia Fichtiana. — Celeb. Glocker de oryctognosi et crystallographia. — Ill. Treviranus, de botanices elementis, physiologia plantarum nec non eum ducem habui in excursionibus botanicis. — Ill. Purkinje de physiologia et

…logia. — Ill. Otto, de zoologia, anatomia tum …ica quam practica, anatome comparativa et patholo… de osteologia et syndesmologia et de historia foetus … — Ill. Wendt, de aquis medicatis in Germania de materia medica, de febribus, inflammationibus, e laesa nutritione oriundis nec non de exanthemati… Ill. Benedict, de chirurgia universali et speciali …talmiatrica, nec non examinatoriis de his disciplinis …is, de instrumentis chirurgicis et fasciis rite applican… operationibus in cadavere institutis interfui. Clinico …gico per biennium eo duce benevolentissimo usus — Ill. Remer de Therapia speciali universa pyrexia… … apyrexiarum, de arte formulas medicas rite concin… de medicina forensi docentem me audivisse glorior. virum clarissimum ducem optimum et moderatorem …issimum per biennium me habuisse in clinico medico …rataque mente, dum vivam, memor ero. — Celeb. …chel, de encyclopaedia medica, de historia medicinae, …xu plantarum et de botanica practica. — Celeb. …tenstädt, de arte formulas medicas rite concinnandi. …leb. Betschler, de arte obstetricia cum theoretica …ractica; operationibus quoque in cadavere institutis …ui. In clinico et policlinico obstetricio per annum in… …m magna cum benignitate, humanitate et patientia dux …us mihi fuit et non solum a me, sed profecto etiam ab …bus suis discipulis maxime veneratur et amatur. — Ce… …erig operationibus in cadavere institutis interfui. — … Barkow, de osteologia syndesmologia et angiolo… — Exp. Seidel. de medicamentis anorganicis, de …nismo et magnetismo. — Exp. Remer, de syphilide. …p. Hemprich, de pathologia et de temperamentis.

Quibus omnibus Viris Illustrissimis, Celeberrimis et …rientissimis, praeceptoribus optime de me meritis, ma…s, quas habeo, gratias ago semperque agam. Nullo …ecto tempore, dum vivo, memoria beneficiorum singu…um in me collatorum ex animo meo discedet.

Tentamine philosophico et medico nec non rigoroso rite superatis, spero fore ut conscripta de dissertatione inaugurali, summi in medicina et chiru nores mihi deferantur. —

ERRATA.

P. 2. liu. 25. pro diseaces lege diseases.
— 6. lin. 21. pro dissertas lege dissert.
— 7. lin. 6. pro Lod lege Lond.
— 8. lin. 7. pro Car lege Cor.
— 8. lin. 30. pro morgenläbische lege morgenländische.
— 10. lin. 27. pro Transastions lege Transactions.
— 11. lin. 25. pro SCHUBRT lege SCUBERT.
— 13. lin. 1. pro CHOLETA lege CHOLERAE.
— 13. lin. 8. pro nio lege nino.
— 16. lin. 22. pro diuntur lege ditur.
— 20. iin. 23. pro laborantss lege laborantes.
— 20. lin. 28. pro aus lege aut.
— 22. lin. 6. pro . lege ?
— 22. lin. 20. pro miasmaticam lege miasmaticum.
— 23. lin. 18. pro eausa lege causa.
— 24. lin. 1. pro doecd lege docet.
— 24. lin. 5. pro corunta lege cornuta.
— 24. lin. 9. pre judicatum lege judicatu.
— 26. lin. 29. pro creti lege cretio.
— 31. lin. 15. pro spastiea lege spastica.
— 31. lin. 19. pro fellem lege fellea.
— 33. lin. 18. pro mon lege mox.
— 35. lin. 9. pro studia lege stadia.
— 53. lin. 21. pro effiiee lege effice.
— 58. lin. 10. pro egitur lege tegitur.
— 61. lin. 16. pro antecholericum lege anticholericum
— 69. lin. 31. pro cognavi lege cognovi.
— 71. lin. 10. pro Attamenp lerique lege Attamen ple
